

DISSESSATIO THEOLOGICA
DE
**IVDA SACRAE COENAE
CONVIVA**

QVAM
PRAESIDE
VIRO SVMME REVERENDO EXCELLENTISSIMO
ATQVE DOCTISSIMO
SIGISM. IACOBO BAVMGARTEN

S. S. THEOL. DOCT. ET. PROFESS. PVBL. ORDIN. NEC NON SEMINARI
THEOLOG. DIRECTORE

PATRONO AC PRAECEPTORE AETERNUM
DEVENERANDO

D. SEPT. A. C. MDCCXXXIV.

H. L. Q. C.

PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI SVBIECIT
HORA LOCOQUE CONSVETO

AVCTOR

IOANNES HENRICVS GERLING

IVENA·POMER. S. S. THEOL. CVLT.

HALAE MAGDEBURGICAE

TYPIS IOANNIS CHRISTIANI HILLIGERI, ACAD. TYPogr.

DIREKTORIO THEODORICO

LIBRARIA CAROLINAE

EGO

VIRO
ADMODVM REVERENDO DOCTISSIMO
GERHARDO GERLINGIO

ECCLESiarVM IN IVEN, IAPENZIN, DENNIN,
NEVENDORF

PASTORI VIGILANTISSIMO ET OPTIME MERITO

PARENTI

OMNI PIETATIS CVLTV AETATEM VENERANDO
HAS QVALESCVNQUE STVDIORVM SVORVM PRIMITIAS
EA QVA DECEP OBSERVANTIA

D. D. D.

AVCTOR.

Non coeco aliquo imitandi studio abrep-
tus, sed grauissimis ductus commotus-
que rationibus secundus sum filiorum
TVORVM, qui **TIBI**, **OPTIME PA-**
TER, primitias quasdam academicas of-
fert, in pietate erga **TE** secundus nemini.
Quod si enim ceteri, qui **TIBI** sunt, filii, **TE**
optimi parentis officio egregie functum esse,
fateri debeant omnes, **TVAQVE** merita nec
praedicare, nec animo quidem fatis recolere
possint; tanta sane est **TVORVM** benefi-
ciorum, quae in me contulisti, multitudo, vt
ea omnia frustra verbis exponere tentarem,
quae cogitando assequi nequeo. Id modo
adferam, ex quo vel vno, quam immensum et
infinitum sit, quod **TIBI** debeo, facile intelli-
gi poterit. Quinque enim quum **TIBI** in
academiis alendi fuerint filii, mihi tamen, quod
non

non sperare, immo vix optare poteram, multo minus a TE petere unquam ausus essem, integrum lustrum, et hoc aestuum, quod iam excedit, semestre, ad litteras in hac illustri musarum sede excolendas, pro ea, quae TIBI est, benignitate concessisti. Insignem et praeclarum parentis erga filium munificentiam! Qui erga TE, OPTIME PATER, gratus satis unquam videri potero? Non quidem satis, publice tamen saltem, gratissimum meum declaraturus animum, offero TIBI hasce plagiellas, si in se spectantur, leuissimas. Neque enim sum mihi adeo suffenus, ut haec *μελετηματα* ingenio perfecta, studioque satis perpolita et digna crederem, quae oculis TVIS subiicerentur: verum eo non deterreor, quum certissime sciam, me aequum rerum habere arbitrum, si qua in re alucinatus fuero, immaturitati ingenii facile condonaturum. Accipe ergo, SVAVISSIME PATER, hoc quidquid est, non tanquam doctrinae et eruditonis specimen, sed amoris, pietatis obseruantiae-

tiaeque erga TE meae publicum et perpe-
tuum documentum. Seruet TE, cui seruis,
Deus ter Optimus Maximus per plures ad-
huc annos saluum, sospitemque et in columnen,
reddat senectutem TVAM tranquillam atque
iucundam; ita votorum suorum summam
sibi videtur consequutus

Dedi Halae ad Salam sexto
iduum Sept. A. O. R.
cl. Ioccxxxiii.

filius innumeris beneficiis

TIBI

obstrictissimus deditissimusque

Iohan. Henric. Gerling.

VIRO PLVRIMVM REVERENDO
HONORATISSIMO QVE

GERHARDO GERLINGIO

PASTORI IVENENSI MERITISSIMO

S. P. D.

SIGISM. IACOB BAVMGARTEN.

Quod quatuor abbinc annos de me publice recepi litteris
ad TE datis in filii natus maioris honesta solemnique mis-
sione, eo mino laetus defungor non humanitatis et amici-
tiae magis quam constantiae fideisque officio, ut alterum filium ex
disciplina nostra dimittam non sine publica laudum, quas apud nos
consecutus est, commemoratione, meique testimonio si qua est auctoritate,
necque sine iterata gratiarum actione veraque gratulatione,
quas TIBI cumulatissime debeo et meo et communi utilitatis publicae
nomine, de qua immortaliter meritis sollicita filiorum educatione.
Non repetam hic operose, quae in banc rem ad TE olim scripti, sed
ea breuiter enarrabo, quae effecerunt et alteri buie filio non minus
cupiam, quam priori, quod tantum est ut nihil supra. Liberali-
sumto TWO sex apud nos stipendia fecit, neque tot annorum decursu
sed laborum pertinacia viriumque contentione dudum ad veteranos
transit, tironibus exemplo profuturus primoque ordines ducturus.
Præster aliorum audiciones bene multas scholis meis assiduum oper-
ram dedit singulas sanctioris doctrinae partes incredibili industria
obeyendo: doctrinam christianam, sanctiorem virtutis disciplinam
et controversias theologicas disputantem, interpretandi præcepta
et exempla præceuentem aperientemque prælixius epistolæ PAULI
ad HEBRAEOS, ad CORINTHIOS utramque, ad ROMANOS, ad
COLOSSENSES, vaticinia MALEACHI & IOELIS, neque minus perico-
pas

pas epistolarum liturgicarum, breuius autem quatuor Euangelia, in
libros symbolicos commentantem, sermonum pro concione babendo-
rum leges praecipientem, notitiam librorum et bibliothecae suppeditan-
tem, bistoriam et antiquitates christianas enarrantem, meo-
que disputationibus exercentem enixissima attentione proficiendi-
que studio prosecutus est. Neque minorem animi quam ingenii
spem fecit, aequabilem morum probitatem omni hoc tempore prae-
se tali, nihilque offici et obsequi in se desiderari passus est. Di-
sputationem publicam ultimum vitae academicae aetum inferiorem
reliquis esse noluit. Solus eam conscripsit, ut si a colloquis nonnud-
lis, consiliorumque in optione argumenti facienda societate disces-
sero, illius ad me pertinacissim omnino quidquam: malum enim in-
tecum relinqueret, nullisque accessionibus angere scriptum licet in
nonnullis aliter paullulum sentiam neque, in Juhducendis argumen-
ti demonstrandi rationibus, illis, qui secus opinantur, concedere so-
leam IOANNIS narrationem c. XIII. obuiam ad ultimam fernato-
ris coenam describendam spectare; quam inofficiosa opera mea
scriptoris dexteritatem dubiam aut suspectam facere. Ad confi-
elum solemnum spectatum ibo gaufumque non opitulatum, ul-
timumque fruuar delectatione, quam saepius ex ipso doctrina cepi ab-
undantissimam. Taxit supremus ingeniorum sibi consecratorum
arbiter rerumque humanarum et omnis mortali fortunae mode-
rator ut huius aequae ac reliquorum sitorum eximiae dotes conmo-
dis publicis inseruant feliciter, TVque, VIR ADMODVM RE-
VERENDE, diu intersi multumque fruuaris piae et fortunatae pro-
lis rebus praeclaris et posteritati commendandis. In quinto si-
lio, qui apud nos remanet medicinae studiis addicto, quod mibi
aeque ac TIBI approbavit, nibilo fecius tamen assiduo scholarum
dogmaticarum auditore, se qua potero, ornando iuuandoque neque
TVI neque fratrum immenor ero, DEOque O. M. semper suppiti-
cabo pro TVA TVORVMque incolumente varique exempli ini-
tatione frequentissima. Dedi Halae propter Salam in acad.
Frideric. die XIII. Sept. clo 10 CCXXXIII.

¶ (o) ¶



PROOEMIVM.



Vod si vlla est doctrina, quae non solum Separatistarum, vt vocantur, exposita erroribus, verum etiam aliorum, in primis ecclesiae ministrorum, saepe obnoxia est scrupulis dubiisque, sane est illa de irregenitorum ad sc. coenam admissione. Quam multi enim hanc doctrinam, praesertim his nostris temporibus, vel impugnarint, vel tamen non sine summa anxietate in dubium vocarint, eorum qui statum ecclesiae vel paullo perspectum habent fugere potest neminem. Horum animos, discussis praeiudiciorum, quibus inuoluti sunt, nebulis, ab anxietate liberaturi, multi egregii ecclesiae nostrae doctores laudabilem in hac re solide exponenda, declarandaque collocarunt operam. Ad fortissima, quibus hanc rem stabiluent, argumenta multi quoque ipsis Domini, qui Iudam proditorem a sc. coena non exclusit, referre solent exemplum. (*) Quod quum optimum, quemadmodum dissentientes, qui ad illud prouocant, concedunt (**), hac in re cognoscendi esse possit principium, iustumque agendi nobis praebere normam, ipsum vero historica huius

A

rei

(*) Sic, vt alios taceam, B. Spenerus anxiros afflictosque hac in re ecclesiae ministros consolaturus, hoc ipsis Domini iis ob oculos posuit exemplum Conf. ci. *Theol. Bedenck.* P. L. 235. 257. 267. 276. 299. P. IV 722. &c.

(**) Conf. Summe Ren. praesid. *Bedenck.* I. saml. 1. Stück §. 9.

PRO O E M I V M .

2

rei nitatur veritate, orta agitataque est quaestio: *num Iudas sacra coena vñus fuit?* de quo non omnium vna eademque est sententia. Sunt enim, qui illud negant, immo ex eo irregenitorum a s. coena exclusionem euincere volunt; alii hoc factum dubiis annumerant; multi vero, quorum et nos subscriptibimus sententiae, illud ita euidenter patere existimant, vt nulla iusta de eo dubitandi superfit ratio. Hanc controuersiam si rite dijudicare atque decidere velimus, facile pater id fieri aliter non posse, quam ex iis, quae de hac re habemus, testimonii. Cauendum igitur maxime erit, ne in examinanda facti huius veritate id quod in quaestione est, num scilicet irregeniti quidam legitime ad s. cœnam admitti possint nec ne, iam supponatur, et, quod a dissentientibus saepissime fieri solet, petitio, vt dicitur, committatur principii. Iftis etiam dissentientes plurimi ad hoc factum negligunt, et impugnandum impelluntur praecidiciis. Comprobant id plerique contra sententiam nostram moti scrupuli, qui cuius ad lectionem Euangelistarum animum praecidicis liberum afferenti, nunquam essent suborti, et dubia dissentientium maximum partem ita comparata, vt studiose excogitata magis, quam legendo enata esse videantur. Reiectis igitur, saltem sepositis iftis, quae aciem intellectus praestringunt, praecidiciis, historica huius facti veritas ex historicis quoque rationibus i. e. testimoniosis erit dijudicanda. Et hoc est, quod nobis summis tractandum. Multi quidem hanc rem scriptis iam declararunt; opera tamen premium fore nobis visum est, rationibus paullo accusatiis subductis ponderatisque, veritatem huius facti distincte componstrare. Primo ergo ipsius facti examinabimus veritatem, ea que satis euicta, deinde breuissimis, quid ex eo in doctrina de irregenitorum ad s. c. admissione colligi possit, ostendemus. Iam satis argumentum tractandum exposuisse videmur. Nihil ergo, priusquam negotium ipsum subcamus, restat, nisi vt aequum tuum B. L. imploremus iudicium, velis his qualibuscumque nostris facili conatibus, quaeque forsan minus recte posita deprehendenter, immaturitatē ingenii humaniter condonare.

TRACTA-

DISSENTATIO THEOLOGICA DE IVDA &c. 3

TRACTATIO.

§. I.

Quum de facto cuius historicam ex testimonio nobis ex*am*-
minandam sumsumus veritatem, *an scilicet Iudas s. coe-*
na vsus sit? variae longeque inter se dissidentes dentur
sententiae, et quidam illud dubium, nonnulli plane falsum, alii
vero probabile admodum, immo indubium satis dicant; ea dan-
da nobis erit opera, ut, rationibus requisitisque ad veritatem in
utramque partem expositis examinatisque, quid de eo iure sta-
tuendum sit, paullo accuratius dijudicemus.

(*) Haec requisita si ad veritatem facti vel aequae, vel minus, vel magis
insufficiencia sunt quam ad veritatem oppositi, factum quoque vel *dubiu*m,
vel *probabile*, vel *improbabile* dicendum. Si vero requisita ad
veritatem facti adhuc sufficiencia, illud est *certum*, hinc falsum, si op-
positum eius certo cognoscitur.

§. II.

Quemadmodum vero ea, quae facti alicuius ex testimonio *in testimoniis diu-*
inuestigaturis veritatem expendenda veniunt, ceteris paribus, ad scia evidentiā
duo redeunt, *vnum* an testes sint fide digni debitaque tam dexte- *et exami-*
ritate quam sinceritate polleant? *alterum* an factum illud *ex eorum nanda,*
scriptis satis pateat, ac perspiciat? ita si testes in re aliquah-
bemus diuinitus actos, qui falli fallereque nefsciunt, sola facti ex
horum testimonio nobis examinanda remanet evidentiā.

§. III.

Iam testes ex quorum scriptis, utrum Iudas sacra cena vsus Hoc factum
sit an minus, cognosci atque inquire legitime potest, sunt scripto- *ex testimoniis diu-*
res sacri, et quidem Euangelistae. Desunt enim alii, qui hanc *cognoscen-*
rem litteris tradierunt, iustumque de hoc facto exhibere possunt
testimonium. Quae enim a nonnullis allegari solent patrum
quorundam, aliorumque doctorum, ab ipsis temporibus remotis-
simorum, scripta sententias horum hominum de hoc facto po-
tius, quam ipsum factum probare quisque facile intelligit, quite-
stium requisita cognita habet, atque perspecta. (*) Quin quum
A 2 ipsa

DISSERTATIO THEOLOGICA

4

ipsa haec veterum scripta ita nobiscum faciant, vt B. SPENERVS non dubitet affirmare omnem antiquitatis consensum pro nostra militare sententia, (***) eo minus dissentientes temere ad ea provocabunt, iure saltem id facere possunt nullo. Solent etiam in eo plerique nobiscum consentire dissentientes, hanc rem ex Evangelistis vnicē cognoscendam esse dijudicandamque.

(*) Sine dubio enim hi patres, qui a Christi temporibus remotissimi vierunt, cognitionem huius facti ex Evangelistarum defunctorum scriptis, saltim nos aliud quid certo asserere non possumus. Praeterea hi scriptores omnes testimonis Evangelistarum longe essent postponendi. Multo minus vero hoc factum ex Lutheri aliorumque doctorum effici potest scriptis.

(**) SPEN. *Theol. Bedenck.* P. IV. Cap. VIII. Artic. VI. Sect. VI. pag. 722. Nos ergo potius ex tam insigni (si etiam quidam dissentiant) veterum hac in re consentiam nostram, cuiusque in primis ex sacris scriptoribus evidentiā possemus confirmare, sicuti etiam ex libris nostris symbol. pag. 734. Edit. Rech. si aliunde, quam ex ipsius fontibus huius facti cognitionem haurire vellernus.

§. IV.

Quum igitur Evangelistae hic soli testimoniū occupent locum (§. 3.), ad veritatem huius facti rite dijudicandam nihil requiritur amplius, quam ut, quid in his testimoniis de eo exfer determineturque, accurate examinemus (§. 2.). Haec ergo facti huius ex his testimoniosis evidentiā si certa est atque indubia, ipsum factum est certum. Si illa dubia, probabilis, vel improbabile, factum quoque dubium, probabile, vel improbabile erit dicendum. Falsum ergodici nequit, nisi ex his scriptis oppositum certo possit evinci.

§. V.

Ex principiis hermen. dijudicandam.

Quod quum accurate dijudicari ac effici nequeat, nisi ex suis interpretandi principiis, facile paret, ex his totam decidendam esse controversiam. Ipsa ergo historica huius facti veritas sola veritate pinitur hermeneutica, hic ea omnia, quae ad illam comprobandam ex evangelistarum adducuntur testimonii, ad iusta interpretandi principia, tanquam ad lydium lapidem, erent exigenda. Quo magis igitur hoc factum adhibitis legitimis hermeneuti-

DE IVDA SACRAE COENAE CONVIVA.

5

menetices regulis ex assertis Euangelistarum potest deduci, et quo minus oppositum in testimonii eorum adseritur, eo maiori illud gauder probabilitate (§. 4.). Si illud vero ex assertis Euangelistarum, accurate expositis, ita potest evinci, ut oppositum, falsa interpretandi aequitate, locum plane habere nequeat, ea illud gauder evidentia, quae in interpretando iure semper assensum exigit, hinc certum erit dicendum. (*)

(*) Expresso quidem de hac re in Euangelistis nihil assertur, nemo vero erit, qui ex scriptis nihil, nisi quod expressis in illis existet verbis, satis cognosci posse existimet.

§. VI.

Quod vt eo evidenter communstrare, singulaque eo me- Duo argu-
lius possimus diuidicare, ea omnia, ex quibus facti huius efficiunt menta.
veritas, ad duo referemus capita. Primo nempe hoc factum
valde probabile esse comprobabimus; idque tam ex alto de op-
posito in Euangelistis silentio, quam ex assertis eorum in historia
f. coenae, ex quibus rite expositis lector non possit non colligere,
Iudam vna cum reliquis f. coena vsum esse apostolis, deinde
vero illud certo ex praesentia Iudee in f. coenae celebratione
euictum dabimus.

§. VII.

Primo ergo in genere admodum probabili ratione ita argu- 1) Argum-
mentamur: Si Iudas f. coena caruisset, Euangeliæ, qui institutio- generale.
nem f. coenæ accurate fatis describunt, 1) id silentio ad unum om-
nes hanc præteriissen, 2) multo minus ita banc rem exposuissent,
vt lectors iure contrarium exinde colligere debeant; iam falsum
vixique posterius, nulla enim Euangeliæ id afferunt ratione,
immo ex assertis eorum quisquis lector iure contrarium debet
colligere, binc quaque falsum prius.

§. VIII.

Vt vero iusto hic procedamus ordine, primo consequentia 2) Prob. con-
vberius erit stabilienda. Quod si plures historici, quorum fin- sequent.
ceritatem abunde perspectam habemus, quosque earum rerum,
quas tradiderunt satis gnaros fuisse scimus, rem quandam gra-
uissimam

DISSERTATIO THEOLOGICA

uissimam scribendo accurate exposuerunt; eos ad vnum omnes in ea momentum aliquod notatu dignissimum, quod commode admodum inserere potuissent, silentio prorsus praeteriisse, certis paribus, nullo suspicari possumus iure, sed illud admodum improbabile est dicendum. Multo minus vero statuere possumus, bonos istos scriptores eiusmodi momentum non solum scribendo ad vnum omnes omisisse, verum rem ita etiam tractasse, vt lector non possit non contrarium exinde colligere.

§. IX.

Continuatur.

Iam 1) Euangelistae sunt optimi testes: 2) haec in ultima coena peracta s. coenae celebratio erat actus admodum solennis, quippe quo non solum mortem proxime instantem subiuri et valedicturi tenerimus erga suos amor manifestabatur, verum etiam tori ecclesiae in re sacra rite peragenda exemplum praebebatur imitandum. Quod si ergo 3) Iudas, qui non solum in eorum erat numero, qui intima seruatoris fruebantur familiaritate, verum etiam quemadmodum hi euangelistae omnes diserte testantur, vna adhuc coenauerat, maximi huius et valde extraordinarii amoris Domini haud particeps fuisset documenti, dignum hoc sane admodum fuisset, quod esset notatum. (*) 4) hitres Euangelistae Matthaeus, Marcus & Lucas (**) non solum hanc ultimam coenam, verum etiam in specie s. coenae celebrationem accurate scribendo exponunt. 5) In hac ipsa s. coenae historia Iudas saepius fecerunt mentionem, immo immediate ante, et post distributionis s. coenae narrationem varia de eo referunt Matth. XXVI, 21-25, Marc. XIV, 18-21, Luc. XXII, 21-23, hinc optimam sane hoc valde notabile momentum adnotandi adiiciendique habuissent occasionem. Tribus id etiam fieri potuissent verbis. Hinc si Iudas s. coenam apostolis distributam (sive absens sive fuisset praefens) non accepisset, hi euangelistae omnes id vix ac ne vis quidem plane relinquere potuissent intactum. Multo minus vero hanc rem grauissimam ita potuissent proponere, vt et Iudam s. coena vna cum reliquis apostolis vsum esse, lector iure concludere debeat.

(*) Hoc

DE IVDA SACRAE COENAE CONVIVA.

7

(*) Hoc praesertim contra eos (cum quibus nobis etiam maxime res est) potest virgeri, qui vilum irregentium ad s. coenam admitti posse negant, immo qui ex hac prima a solis regentis celebrata s. coena id volunt comprobare. Hoc enim illustre ipsius Domini in hac re gravissima exemplum nunquam hi Euangelistae omnes sicco pede præterire, multo minus celebrationem s. coenae ita expondere potuissent, vt (quemadmodum mox demonstrabimus) lectores contrarium exinde concludere iure debeat.

(**) Iohannes enim historiam s. coenae, ab aliis iam satis expositam Euangelistis, scribendo præteriit, hinc eum hoc referre non possimus. (§. 8.) Verum & ille neque exprefse, (vt cuius facile patet) neque villa ratione, (quemadmodum infra evidenter commonstrabimus) Iudam s. coena vltum esse negat.

§. X.

Quum igitur consequentia si iusta, maxima saltim gaudeat probabilitate (§. 9.), restat vt posterius, quod duplex erat, exponamus declaremusque. Ad primum quod attinet, neminem Euangelistarum, qui s. coenae institutionem tradiderunt, Iudam s. coena caruisse, vel villa ratione affserere, id, si testimonia eorum perlustremus, ita indubium est, vt negari plane nequeat. Matthaeus enim, Marcus et Lucas Iudam in vltima illa, in qua s. coena instituebatur, coena vna cum reliquis accubuisse apostolis exprefse affserunt, eum vero sacra coena (cuius celebrationem accurate tradunt) vsum esse ne verbo quidem negant (*). Hinc, Iudam s. coenae partipem fuisse, non sine magna colligitur probabilitate (§. 9.).

(*) Nonnulli quidem hic oblicere solent in Matthaeo, Iudam inter continuas s. coenas non fuisse, fatis determinari v. 29. siquidem ea Domini Discipulis facta promissio Iudea competere non posset. Verum quam siculneum hoc argumentum sit quisque facile perspicit. Nam 1) Dominus apostolis haec generatim promisit. Iam saepissime in s. litteris & in specie in sermonibus domini occurruunt eiusmodi generalia dicta tam de discipulis Matth. XXIV, 9. XIX. 28. collat. XII, 49. et VII, 21. quam de aliis Matth. XIII, 15. XV, 7-9. XXIII, 13-33. collat. Ioh. III, 1. vbi per aqua interpretandi principia, prædicta per subiecta determinantur. 2) Hoc in primis hoc loco fieri debet, vbi Christus in antecedentibus unum discipulorum proditorem

2) Prob. pa-
ster.

a) Silentium
Eu. de op-
pos.

DISSERTATIO THEOLOGICA

torem fore, iam expresse declarauerat. Imo 3) hoc ab ipso domino restringebatur Luc. XXII, 21. 22.

§. XI.

b) Opposit.
ex eorum ac-
fertis patet.
¶ In genere.

Alterum autem, hos scilicet Euangelistas celebrationem s. coenae ita describere, ut quisque haec legendo, Iudam s. coe-
nam etiam accepisse, iure colligere debeat, vberius erit compro-
bandum. Primo autem in genere omnes hi Euangelistae ex-
presse affirmant huius ultimae coenae omnes apostolos, et in spe-
cie quoque Iudam assuisse Matth. XXVI, 20 25. Marc. XIV,
17-21. Luc. XXII, 14. statim vero adiiciunt celebrationem sa-
crae coenae his verbis, καὶ εθίσθων αὐτοὺς --- καὶ εδοκεν αὐτοῖς &c.
Math. XXVI, 26. Marc. XIV, 27. Luc. XXII. Quod pro-
nomen relativum quum semper ad personas antea designatas se
referat, hi vero fint (quemadmodum Euangelistae in proxime
praegressis sollicite eos determinarunt) apostoli omnes, et in spe-
cie quoque Iudas, cuius in commatibus immediate praecedenti-
bus et sequentibus mentio facta est, optimo iure sub hac voce
(αὐτοῖς) intelliguntur apostoli omnes et ipse in specie Iudas.
Nullus sane lector haec aliter intelligere et pronomen αὐτοῖς, ex-
cepto Iuda, de reliquis accipere potest apostolis, nisi, (de quo in
his Euangelistis nihil omnino exstet) Iudam iam abisse, vel ab
ea exclusum esse singere sibi velit. Quod si Iudas hic esset ex-
cipiens, et sub pronomine isto non comprehendenteretur, pa-
rum distinete sane euangelistae scripsissent, quum Iudam adsu-
isse in proxime praegressis et sequentibus afteruerint, neque ta-
men villam adiecerint restrictionem. Ex quibus satis patet iure
hoc pronomen ita sumi, ut designet apostolos omnes, et ipsum
quoque Iudam, saltem, donec aliunde demonstretur contrarium.

§. XII.

¶ In spec.
ex Marco.

Deinde vero in specie Marcus distributioni s. coenae ex-
presse haec verba adiecit, καὶ επιστρέψεις πάντες c. XIV, 23. (*)
Est autem 1.) vox πάντες in consueto suo significatu signum uni-
uersalitatis, ita ut subiecta, de quibus sermo est, comprehendat
ad vnum omnia. A quo quum recedendum non sit sine neces-
sitate,

DE IVDA SACRAE COENAE CONVIVA. 9

sitate, consequitur, ut et hoc loco iure intelligantur apostoli ad
vnum omnes, dum restrictionem assumendam esse demonstra-
tur. 2) Ipse contextus non permitit solum, sed requirit etiam,
ut vocabulum hoc in consueto suo sumatur ambitu. a) In *proxi-
me* enim praegressis sollicite euangelista duodecim apostolos
v. 17. et ipsum etiam Iudam v. 18-21. adfuisse, determinat, his-
que sacram coenam distributam esse afferit v. 22., adiectis his
verbis, *τοι επιοι εξ αυτες παντες*. Hinc non solum potest, sed
iure etiam deber lector hanc vocem, in immediate praecedenti-
bus satis determinatam, intelligere de apostolis omnibus et ipso
quoque Iuda. b) Marcus his expresse additis verbis accuratius
vult determinare, quinam huius extraordinarii amoris domini
participes fuerint documenti. Ex ipsa autem hac f. coenae hi-
storia iam satis appareat, fuisse apostolos, quibus f. coena exhibe-
batur. Hinc si *το παντες* cum restrictione quadam est sumen-
dum, omnes scilicet, qui adhuc aderant nec exierant, nihil indi-
caretur amplius, quam apostolos in genere f. coena esse vsos,
quum de iis, qui egressi, adeoque excipiendi essent, nihil omnino
sit determinatum. c) Dominus, porrigen sacram coenam, om-
nes ea in sui memoriam frui iubebat Marc. XIV, 22. Matth.
XXVI, 26-27. Iam nemo unquam suspicari modo posset,
quemquam discipulorum, si a Iuda discesseris, huic mandato do-
mini haud obtemperasse, et hoc, quod exhibebatur, non acce-
pisse (*). Hinc haec expresse adiecta coniuuarum f. coenae de-
terminatio valde videretur otiosa, si, absente vel excluso Iuda,
de reliquis modo valeret apostolis. Contra ea, si et Iudas inter
f. coenae fuerit coniuas, optime perspici potest, cur euangeli-
sta haec expresse adiecerit. Quae quum ira sint, *το παντες* se-
cundum aequas interpretandi regulas hic ita sumendum est, ut
apostolos indicet omnes, adeoque nec Iudas sit excipiens.
Hinc euangelistae (§. 11.), et in specie Marcus ita historiam f.
coenae conferunt, ut letores non possint non ex ea colligere,
Iudam sacram coenam vna cum reliquis accepisse apostolis. Hinc

B

iure

DISSERTATIO THEOLOGICA

iure, saltim cum magna probabilitate, Iudam sacra coena vsum esse colligimus (§. 9.).

(*) Non enim reiciendum plane existimamus hoc argumentum, quippe quod, si non certum, magna tamen gaudet probabilitate. Sunt vero, qui, nisi praefentia Iudee iam euista sit (Confer. §. 14.), ex his verbis colligi hac in re quidquam posse negant, perhibentes, *το παντες* posse etiam restrictionem interdum admittere, uti Marc. XIV, 50. omnes scilicet, qui aderant. Verum 1) si hoc conceditur, iniuste tamen concluditur; potest haec vox ita sumi, ergo etiam hoc loco. Eiusmodi enim restrictio semper est probanda. 2) Marc. XIV, 50. res se longe alter habet: a) enim ibi in proxime praegressis non solum non affterit, omnes apud Dominum fuisse apostolos, verum etiam Iudam proditorum eum iam dereliquerisse euidenter patet, adeoque restrictio ibi in ipsa iam fundata est historia. a) Marcus illos verbis, neminem discipulorum Dominum amplius comitatum esse, tantummodo indicare voluisse videtur. c) Forsan et ipse Iudas, ne proditoris praeberet speciem, vna fugam simulauit.

(**) Quis enim non videt, omni ratione destitutam et fictam fore suspicionem istam, qua lector Petrum, Iohanneum, et Iacobum solos. coenam acceperisse fibi perfuderet? Quanam enim ratione ad id suspicendum posset induci? quoniam ex assertis Evangelistarum contrarium euidenter pateat. Initute ergo affterit, Marcum, ad hanc suspicionem remoueudam, haec verba adiecisse.

§. XIII.

II) Argum. a
praesent. Iu-
dac.

Alterum vero et principis, quo exceptiones dissentientium simul optime refutaturi, Iudam sacra coena vsum esse comprobamus, argumentum a praefentia Iudee defumitur, vbi ita concludimus: *Si Iudas celebrationi s. coena intersuit, sequitur, vt ipse quoque ea vñus sit; iam ex testimonii Euangelistarum inducium est prius, ergo quoque posterior.* Duo hic nobis, vt quisque facile perspicit, euincenda sunt, vt argumentatio omnibus absoluta sit numeris. Primo nempe nexus, quo illa cohaeret, s. consequentia, vt vocant, probanda, deinde vero affterum ipsum, s. antecedens, accurate est demonstrandum.

1) Prob. Con-
seq.

Consequentia, quam ipsi dissentientes non facile negare so-
lent, brevissimis poterit stabiliri. 1) *Enim Dominus s. coenam*
distrī-

§. XIV.

DE IVDA SACRAE COENAE CONVIVA.

11

distribuens, apostolos *omnes* sumere, iussit Matth. XXVI, 27. (*) et Marcus C. XIV, 23. *omnes* bibisse affirmat, quod saltim de omnibus, qui aderant, valere debet. 2) Dominus etiam videatur Iudam ut proditorem, quemadmodum ex sermonibus illius colligi potest, cunctis declarare noluisse apostolis (**). Quod tamen fine dubio factum esset, si Iudam praesentem a s. c., quam reliquis porrigebat, exclusisset. 3) Apostoli post s. coenam, Iudam proditorem esse, nesciebant, Luc. XXII, 23, quod amplius ignorare vix potuisse, si Iudas praesens s. coenae haud fuisse pariceps. Hinc consequentia est plane indubia.

(*) Quo eorum satis refutatur sententia, qui Iudam, Christo inuito, s. c. sumisse statuunt.

(**) Quoties enim cum omnibus apostolis de proditore loquebatur, in genere modo eum adeſe, declarabat, itavt, quis ille sit, apostoli non percepierunt Matth. XXVI, 21-24. Marc. XIV, 18-22, Luc. XXII, 21-22. Quod sapientiae et bonitatis seruitoris etiam admodum conuenire videtur. Individuus enim, vt dicitur, proditor designatio non facit, nisi ipsi Iudae, et Iohanni. Vtique vero optime ita fieri potuit, vt reliqui apostolis proditor non detegretur. Nam primo, ad Matth. XXVI, 25, quod attinet 1) apostoli erant valde perterriti et tale secreto plane non concipere poterant. 2) Etiam Dominus forsitan duo ista verba *tu emes* demissa voce, (Iuda propius accumbente v. 23.) loquutus est; hinc optime fieri potuit, vt reliqui apostoli ea vel plane non percepierint, vel tamen non recte intellexerint. Conf. Matth. XVI, 21. XVII, 21-23. Luc. IX, 23. XVIII, 31-33. 34. Deinde Ioh. XIII, 22. Iudas soli Iohanni per signum aliquod, a reliquis haud intellectum discipulis, v. 29, designabatur. Cur vero dominus hic signo quadam esset vesus, si proditorem palam detegere voluisse? Proditorem ergo, in ultima coena omnibus apostolis innotuisse probari nequit, sed, si euangelistarum testimonia inter se contendantur, contrarium patet.

s. XV.

Progredimur ergo ad antecedens, Iudam nempe celebra- 2) Prob. ans-
tioni s. coenae interfuisse, vberius euincendum, quippe quod dis- tecced.
sentientes fere omnes vnicce denegant. Instituebatur s. coena
a Domino in ultima coena; quae, quum s. coena distribuebatur,
nondum finita erat Matth. XXVI, 26. *ed iovray aulor* i. e. inter
B 2 coenan-

DISSERTATIO THEOLOGICA

coenandum, s. accumbentibus illis conf. v. 30. Adstabant ergo adhuc cibi, qui erant residui, de quibus s. coena defumebatur. Non vero sequitur, Christum et apostolos coenando adhuc occupatos fuisse; ex Luc. XXII, 17. 19. 20. 1 Cor. XI, 25. contrarium est verosimillimum. Iam Iudam in ultima hac coena (*) vna cum reliquis accubuisse discipulis tam evidenter patet, vt, qui illud negare posset, videam omnino neminem. Hinc ille aut hanc coenam dereliquit, et ante s. coenae institutionem exiit, aut celebrationi s. c. interfuit. Quid ergo de illa discessione, vel praesentia Iudee ex testimoniois Euangelistarum possit cognosci, iustis interpretandi adhibitis principiis, accurate erit monstrandum.

(*) Hanc paschalem fuisse satis quidem euinci posse arbitramur, ceterum quum sint, qui alter sentiant, idque ad propositum nostrum non necessario requiratur, nihil de eo monemus, ne, alias confundant controversias, nimis a scopo nostro recessisse videamur. Confer. interea, sis, differr. sub praefatio s. V. R. praefid. uicentiam, de ultima Coena Domini. Solent quoque dissentientes hoc plerunque concedere.

§. XVI.

a) In genere
ex Matth.
Marc. et Luca.
Priores tres Euangelistas, Iudam, quem in ultima coena adfuisse, diferte testantur, ante s. coenae institutionem exiisse, ne verbo quidem afferere, tam indubium est, vt ipsi dissentientes id denegare nequeant. Non solum ergo dissententes in his testimoniorum nullam, ex qua exitum et absentiam Iudee probare possent, deprehendunt rationem, sed nos etiam (praesertim quum in combatibus proxime praegressis expressa Iudee mentio facta est) illum in s. coenae celebratione adhuc adfuisse, iure statuimus; donec aliunde proberetur contrarium.

b) In specie
ex Luca.
Ex Luca autem quum non solum discessio Iudee nulla ratione probari, sed etiam eum in s. c. distributione praesentem fuisse, satis possit euinci; haec a nobis paullo viterius erunt declaranda. Lucas enim c. XXII, 21. sq., distributa iam s. coena, Dominum haec verba: Ταῦτα η κεις το μαρτυριον με μετ εμου ετελεσθε-

DE IVDA SACRAE COENAE CONVIVA. 13

τραπεζης &c. dixisse resert. Quod si autem Christus haec 1) Iuda praesente, 2) exhibita iam s. coena, loquutus est, sequitur, vt Iudas s. coenae celebrationi interfuerit. Iam virumque ex iustis aequisque interpretandi principis est ostendendum,

§. XVIII.

Quamuis in his verbis ellipsis iure cum B. Luthero per ε5, α) C. XXII, supplendam esse, ex ipsa connexione tam euidenter pateat, vt ipsi 21, ε5, suppl. dissentientes quamplurimi illud ne in dubium quidem vocare audeant; quoniam tamen sunt nonnulli, qui in angustias redacti, hic rimam elabendi quaerunt, praeteritum νν supplendo; et hoc accuratius debemus exponere. Est autem ellipsis praefentis ε5, in greca lingua vñitatisima, hinc saltim eodem iure, quo illi νν, nos ε5, assumere possumus. Si vero, quid hoc loco supplendum certo diuidicare velimus, ipsa haec verba, eorumque examinare debemus connexionem, et inde rem omnem euincere. In his vero primo nullas, quae praeteritum requirant, inuenimus rationes. Iudam enim iam exiſſe deberet presupponi, de quo nihil exstat. Deinde vero ipsa haec verba eorumque connexionε5, exigunt, et νν haud admittunt. 1) Proditorem vna coenasse indubium est, Euangelista autem eum abiisse nullo modo asseruit, hinc nihil magis naturale est, quam, vt lector haec verba, tanquam de proditore adhuc accumbente dicta, intelligat. Quis enim lector, Christum hic de proditore iam absente loqui, existimare potest, nisi Iudam, (de quo tamen nihil exstat) iam exiſſe sibi singat? Ipse sane Euangelista valde obscure scripsisset, si haec in praeterito essent sumenda, quum de exitu Iudei nihil adiecerit. 2) Discipuli etiam haec verba ita intellexerunt, quum quis proditor futurus sit, inter se disquirerent v. 23. 3) Ipsa haec verba, quemadmodum etiam particulae adiectae πλην ιδε euidenter commonstrant, a Domino cum animi commotione, et in sanctissimo affectu sunt prolatæ. Omni vero destituerentur effectu, si Iudas non amplius adfuisset. Ceteri enim apostoli, proditorem vna in hac coena accubuisse, sciebant omnes, eumque grauissimas poenas subitum esse, facile intelligebant, quum

B 3

Domi-

DISSERTATIO THEOLOGICA

Dominus id iam antea multis exposuisset. (Ioh. XIII, 21. sq.) March, XXVI, 21-25. Concipi ergo haud posset, cur Dominus id iterum proposuisset, et in primis grauissimas proditoris capitii imminentes poenas εμφαίκης admodum declarasset. 4) Contra ea haec optime intelligi possunt, sanctitatique et sapientiae Christi maxime conueniunt, si haec poenarum denunciatio Iudeae praesenti facta sit. Exhibita nempe s. coena, quo insigni amoris documento Iudas in primis commoueri, et a scelere auocari potuisset, Seruator proditori iterum sceleris poenarumque ob oculos ponebat magnitudinem, ne in eo adhortando quicquam inexpertum reliquisse videretur. 5) Et ita haec verba cum praecedentibus, cum quibus per particulas πλην ιδε arcte connectuntur, optime cohaerent; et quidem haec ratione: ego quidem, (inquit Seruator) summo amore ductus exhibui vobis s. coenam, in mei memoriam et ad vestram salutem, celebrandam: verum ecce! (quod incredibile dictu) in medio vestrum una accumbit proditor meus, homo infelix, qui nullis adhortationibus, neque hoc summo amoris meu documento flectendus erga me praceptorum suum tererrimum scelus molitur. Sua culpa ille ex hac re non solum nulos salutares percipit fructus, sed grauissimae etiam eum manent poenae etc. etc. Ex quibus omnibus euidenter admodum pater, hoc loco praefens est, iure esse supplendum.

§. XIX.

Quod etiam ipsi dislentientes quam plurimi optime perspiciunt, iniustum illam et valde affectatam horum verborum reincidentes explicationem. Concedunt, Seruatorem his verbis Iudeae praesenti sceleris atrocitatem ob oculos posuisse, afferunt vero, hanc proditoris declarationem iam ante s. coenam esse factam, et eandem cum Matth. XXVI, 21, seq., a Luca modo scribendo distributione, s. εὐσεβολογία quid iudicandum, ex sanis interpretandi principiis ostendendum erit uberior.

§. XX.

β) Neque
εὐσεβολογία
statuenda.

§. XX.

Quemadmodum in genere boni scriptoris est, quod inten- **N**) Ea ingen-
dit, distincte lectoribus ob oculos ponere, ita historici quoque non sine sum-
officium requirit, ut facta perspicue satis, hinc iusto ordine pro-
ponat. Quod si vero historicus quidem, in contextanda histo-
ria, ordinem (per se conuenientissimum) chronologicum sequu-
tus, in factis nonnullis, vna serie gestis, recensendis, quaedam pre-
gressa postea demum insequitis scribendo, sine villa adiecta men-
tione, postponeret (*), s. committeret *υτερολογιαν*, is ab ordine suo
valde recessisse dicendus est. Nunquam igitur bonus historicus,
ordinem suum ita turbasse, ob aequitatem, qua scripta diudicare
debemus, est presumendum. Hinc, nisi maxima nos urgeat ne-
cessitas, historicum talem *υτερολογιαν* commisissile, nunquam de-
bemus statuere.

(*) Huc ergo non pertinet, si historicus alia quaedam facta, commodo lo-
co et adiecta expressa mentione, inserit.

§. XXI

Evangelistas facta, prout ea se inuicem exeperunt narrasse, **N**) Hinc et in
ordinaque chronologico vsos esse, dubio omni caret, quum non Euang.
solum ipsa connexa factorum series, verum etiam particulae tem-
poris, frequenter admodum, et quavis fere pagina sollicite adie-
ctae, id euidenter commonostrent. Hinc, si eos bonos historicos
esse fatemur, consequens est, vt sine summa necessitate *υτερολο-
γιαν* illis non imputare debeamus, adeoque, si villa alia iusta in-
terpretandi superfit ratio, ab accusatione ista abstineamus (§. 20.).

§. XX.

Hoc probasse ad scopum nostrum iam sufficere posser, ve- **N**) In En. ad-
rum in libris Evangelistarum, scribendo diuinirus auctorum, expli-
candis, adhuc magis a temeraria eiusmodi *υτερολογιας* accusatio-
ne nobis debemus cauere. Omnis enim lector ex eo, quo to-
tam historiam contextam vidit nexus, iure colligit, res ita esse ge-
stas, quemadmodum narratae se excipiunt, et aliter plane iudica-
re nequit, si eas inter se arte etiam deprehendit connexas. Quod
si ergo Evangelistae talem commisissent *υτερολογιαν*, et res scri-
bendo

DISSERTATIO THEOLOGICA

bendo, inuerso ordine collocatas, non solum plane non distinxissent, verum etiam inter se arcta copulassent, lectors necessario in errores perducerentur. Quare quum *ὑπερολογια* ista vel ex errore infinitaque profecta, vel ab iis scientibus volentibusque commissa sit, utrumque vero sacris scriptoribus maxime indignum; id saltim consequitur, vt, vbi res inter se coniunctae ac copulatae sunt, nec vlla ratione distinctae, ab *ὑπερολογιας* imputatione plane sit abhorrendum.

§. XXIII.

¶) In Luc. In Luca sermo de proditore 1) distributioni sc. coenae sub*ὑπερολογια* iungitur v. 20. 21. 2) A praegressis nulla plane distinguitur ratiōne, adiecta aliqua nota, quae alium hic, et cum praecedente haud cohaerentem sermonem recenseri indigitarēt, vel innuere modo possit. 3) Cum praegressis euidenter per particulam πλην connectitur, ita, vt quisque non possit non colligere, haec a Domino una specie esse proposita (§. 18.). (*) Hinc aequa interpretandi principia hic nullam admittunt *ὑπερολογιαν*, sed seruator ea, quae v. 21. 22. extant, exhibita iam sc. coena, loquuntur sit necesse est. (**) (§. 22.).

(*) Quod si ergo, quemadmodum dissentientes perhibent, Luc. XXII, 21-22, vnum prorsus idemque esset cum Matth. XXVI, 21. sq., cur non in Mattheo et Marco potius, vbi inter haec verba et sc. c. distributionem talis non intercedit nexus, *ὑπερολογια* statuitur? Quam indigna enim sit auctoritati diuinae horum scriptorum, ea a nonnullis allata ratio, ordinem in Mattheo ideo praescendum esse, quia ipse sc. coenae interfuerit, quisque facile perspicit.

(**) Omitimus igitur a nonnullis prolatas rationes, cur Lucas haec verba post sc. coenam demum recensuerit, quippe quae meritis fictionibus & coniecturis constant, et dignae non sunt, quae disuntiantur.

¶) Neque vi-

la ratione exi-

gitur.

Verum neque vlla, quae *ὑπερολογια* hic requireret, ostendi potest necessitas, sed possunt, immo debent ea, quae in Mattheo extant, ab his, quae Lucas recenset distingui. 1) Si effsent simillima, non tamen necessario pro plane iisdem deberent haberi. Similes enim actiones sermonesque saepius repeti posse, et solere,

§. XXIV.

solere, quotidie occurrentibus exemplis ita edocemur, vt de eo
 nemo dubitare possit, nisi eorum, quod alii faciant, quidque ipse
 agat, si valde ignarus. Quin ex ipsa s. historia indubium est,
 Christum saepius eadem dicendo proposuisse. 2) Eiusmodi
 saepius facta sermonum repetitio hic optime locum habet. Quod
 si enim amico cuidam periculosissimos quosdam conatus diffusa-
 bri, gravissimum cum iis coniunctum malum saepius ob oculos
 ponere solemus, optime quoque contingere potuit, vt Dominus,
 sanctitate, sapientia sua commoratus, Iudee iterum iterumque
 sceleris, quod ille pectora fovebat, magnitudinem, miserrimam-
 que in ipsum redundantem calamitatem proposuerit, praesertim
 quum s. coenae distributio optimam praeberet occasionem
 (§. 18.). 3) Optime etiam fieri potuit, vt Domino proditoris
 declarationem repente, discipuli etiam saepius de hac re gra-
 viissima et plane inaudita colloquerentur. Quamuis enim Chri-
 stus saepius de proditore suo verba fecerit, eum tamen in ulto-
 ma coena omnibus innoruisse apostolis haud potest probari, sed
 falso supponitur (§. 14. **). 4) Inter haec et ea, quae in Mat-
 thaeo referuntur, magna intercedit dissimilitudo, quum tam ipsa
 verba Domini differant, et commode pro repetita proditoris ad-
 monitione haberi possint, conf. Luc. XXII, 21, 22. et Matth.
 XXVI, 21. sq. quam etiam ea, quae de discipulis traduntur Luc.
 XXII, 23. coll. Matth. XXVI, 23. sq. (*). Commode ergo
 et optimo iure haec ut facta spectari possunt diuersa, hinc (si idem
 de historia Iohannea comprobauerimus) nulla hic, *υερολογιαν*
 statuendi, vrgemur necessitate; adeoque et hac ratione euinci po-
 test, nullam in Luca *υερολογιαν* esse assumendam (§. 21.).

(*) Ηεζαντο enim apostoli συζητει προς εκουσις etc., qui antea fin-
 guli ex Domino μηι εγω εμι etc. quaesuerant, Matth. XXVI,
 22. Hinc ex voce ηεζαντο, primum hic de proditore sermonem re-
 censeri, nulla plane ratione colligi potest.

§. XXV.

Iam quum id certo ex scriptis cognoscatur, quod ita ex il. 1) Hinc praeſ.
 lis euinci potest, ut non solum cum iustis hermeneuticis regulis
 C ^{Iud. ex Luc.} certo efficitur.

DISSERTATIO THEOLOGICA

optime conueniat, sed aequa etiam interpretandi principia contrarium plane non admittant, consequitur, vt ex assertis Lucae indubium sit Christum haec verba πλὴν οὐδὲ ηχεῖ etc. Iuda praesente (§. 18.), et exhibita iam sacra coena (§. 23.) dixisse: adeo que etiam Iudam celebrationi sacrae coenae interfuisse (§. 17.).

§. XXVI.

c) Testim. Ioannic. XIII. Quum in Matthaei, Marci et Lucae testimonii nihil plane, ex quo Iudam ante s. coenae institutionem exiisse vel villa ratione euinci posset, deprehendatur (§. 16.), ipsi quoque dissentientes, id comprobatur, rationes ex Iohanne vniue de promere soleant, restat vt, quid hic Euangelista de hac re tradat, paullo accurius examinemus. Capite XIII., 30. Iohannes, Iudam post acceptam a Domino offulam statim exiisse, afferit, et ex hoc dissentientes, Iudam s. c. non interfuisse, sed iam antea exiisse, satis euinci posse existimant. Quod si autem ex hoc loco quicquam hac in re colligi debet, duo, vt quisque, vel nobis tacentibus, facile intelligit, sunt expendenda, *primo* nempe utrum in hoc capite de ultima coena sermo sit, *deinde*, si hoc indubium, an confessio ista Iudee ante vel post sacrae coenae facta sit celebrationem.

§. XXVII.

a) Conced. ibi de vitima, coena ferm. esse. Ad prius quod attinet, non omnium vna eademque de eo est sententia. Esse enim ultimam coenam, quam Euangelista hic exponit, neque expresse assertur, neque iis, quae ad id comprobandum adducuntur, argumentis certo plane potest euinci, ita vt oppositum nullum locum inueniat. Multi potius hanc coenam ad diem Mercurii referunt; (*) idque non sine rationibus. Verum praetermittamus multa, quae contra hoc prius momentum possent moneri, et, vt faciles simus, concedamus, in hoc capite de ultima coena esse sermonem, nulla tamen ratione ex eo, Iudam ante s. coenae institutionem exiisse, colligi posse comprobatur.

(*) Conf. Sum. Reu. Praef. praceptoris maxime colendi, hist. Eccles. Part. I. (§. 40. *). Si autem hoc prius momentum haud dubie demonstrari,

DE IVDA SACRAE COENAE CONVIVA. 19

monstrari nequeat, sed alia explicatio locum habere possit, euicto altero, nondum probarunt, in Luca *υπερολογιαν* statuendam esse; hoc enim saltim sine summa necessitate non fieri deberet (§. 24.).

§. XXVIII.

Omnia ergo eo redeunt, vtrum exitus Iudae v. 30. commis-
moratus, in serie factorum huius ultimae coenae ante, an post
f. coenae celebrationem sit collocandus. Quum autem senten-
tia nostra euidenti Lucae nitatur testimonio, et nos ex eo Iudam
f. coenae interfuisse ita saltim comprobauerimus, vt sine summa
necessitate ab eo recedendum non sit (§. 24.), consequitur, vt si
dissentient ex Iohanne contrarium velint demonstrare, illis
euincendum sit, hunc exitum Iudae necessario f. coenae esse pre-
ponendum (*). Quod si ergo ostendi poterit, asserta Iohannis
non necessario exigere, vt f. coena post exitum Iudae sit cele-
brata, sed aliam iustum dari explicationem, qua discessio Iudae f.
coenae postponitur, sententia nostra firmo statalo, et ex Iohan-
ne, Iudam iam ante f. coenam exiisse, plane non potest euinci (**).

(*) Exitus Iu-
dae vtrum an-
te vel post f. co-
ponendus?

(**) Vel, si hoc factum dubium esse, modo probare vellent, ostendere de-
berent explicationem, quae hunc exitum Iudae f. c. praemittit, pa-
ribus ac eam, quae in Luca *υπερολογιαν* statuit premi difficultati-
bus.

(***) Est enim iusta et aquifissima hermeneutices regula, vt ex locis cer-
tate interpretationis, alia minus determinata explicitent determinentur
que. Hinc inter plures in Iohanne ea praescrenda erit explicatio, quam
indubia Lucae asserta requirunt (§. 25.).

§. XXIX.

Quum Iohannes in hoc capite nullam plane f. coenae in-
iecerit mentionem, vtrum sacra coena discessioni isti Iudae pre-
poni possit, an necessario post illam sit collocanda, effici nequit, postponi
nisi caetera, quae euangelista recenset, examinemus, quidque ex iis
de hac re colligi possit diuidicemus. Singula ergo erunt con-
sideranda. Primo in genere Euangelista de amore Domini, er-
ga fuos summo, et in hoc ultimo tempore valde insigni, loquitur
v. 1. Deinde in specie quaedam de hac coena refert; et qui-
dem 1.) pedilauium cum adiectis admonitionibus v. 2-20. Quod
G 2 quum

quum, (quemadmodum Euangelista exp̄esse adiecit v. 2.) *δεῖπνος γενομένος* sit factum, ex eo effici nulla ratione potest, s. coenam nondum fuisse peractam, multo minus eam post Iudae exitum demum celebratam esse. Verba enim ista *δεῖπνος γενομένος* non solum possunt, verum etiam, si iustum arque consuetam eorundem retinere velimus significationem, reddi debent cum B. Lutherō facta coena, (*) licet, quemadmodum ex v. 4. 11. 26. apparet, Christus cum discipulis adhuc accubuerit, idque, quod residuum erat de cibis, nondum sublatum fuerit de mensa. Commodo ergo s. coena pedilaui potest praeponi (§. 15.), neque villa, quae contrarium exigit, adegit necessitas. 2) Traditur sermo quidam de proditore v. 22-29. et manifestatio illius Iohanni per signum aliquod facta. Et hanc exitus ille Iudae statim exceptit v. 30. Videndum igitur, num ex his Domini verbis, s. coenam post discessionem Iudae distributam esse, necessario fluat. Quod si a) haec, quae Iohannes de proditore refert, sumillima essent iis, quae Matth. XXVI, 21-25. recensentur, non tamen necessario pro plane iisdem essent habenda (§. 24.). b) Ea varis modis a se inuicem differunt, quod cuiuis, haec inter se contendenti, facile apparebit, et haec quae Ioh. XIII, 21. sq. exstant, et cum duplii *αριθμού* incipiunt, commode pro repetita proditoris haberit possum declaratio[n]e. Optimam enim Iudam iterum admonendi pedilauium præbebat occasionem. Possum ergo haec optimo iure a Matth. XXVI, 21. distingui; hinc ex his verbis nulla, s. coenam discessiō[n]i Iudae postponendi, euinci potest necessitas (**). Ex data Iudae bucella nihil amplius colligi potest, quam cibos residuos adhuc affuisse, minime vero Christum et apostolos adhuc cibos sumfuisse. Hoc frustulum de agno paschali fuisse plane non asseritur; sed gratis assumitur (***) . 3) A. v. 31. sq. Iohannes prolixos Domini exhibit sermones, ex quibus hac dere nihil omnino potest cognosci. Quae quum ita sint in hoc capite nihil reperitur, quod s. coenam post exitum Iudae celebratam esse, necessario determinaret, sed haec omnia, quae hic recensentur, optime permittunt, illam iam antea esse celebratam. Hinc, Iudam ultimam coenam

ante

DE IVDA SACRAE COENAE CONVIVA. 21

ante s. coenae institutionem dereliquisse, ex historia Iohannea nulla plane ratione potest demonstrari (§. 28.).

(*) Sunt, qui hoc pedilauum pro consueta et coenas praecedente lotio-
ne pedum venditare volunt. Reddunt nempe verba, καὶ δειπνούσ
τυρούσες, et cum coena praepararetur etc. hac ratione s. coenam post
exitum Iudae celebratam esse, certo probari posse persuasi. Verum 1) hoc
asseratum nititur, si non iniusta, saltim inconsueta horum verbo-
rum interpretatione, et praesertim cum v. 4. 12. viz. potest conciliari.
2) Si haec interpretatio concederetur, nondum tamen necessario seque-
retur s. c. post Iudae exitum demum esse peractum. Nam pedilauio
et sermoni de proditore tunc multa essent interponenda. 3) Si et
haec admitteretur consequentia, probassent modo, posse in Iohanne s.
coenam commode dissensioni Iudae postponi, minime vero, hanc expli-
cationem esse vnicę iustam et necessariam, altamque plane non dari;
quod tamen requiretur (§. 28.).

(**) Diversientes ergo, qui potissimum ad hunc sermonem coll. Matth.
XXVI. 21. sq. provocant, probare deberent, in Iohanne necessario eun-
dem recenseri sermonem. Quod nunquam tamen facere possunt, quoniam
eiusmodi sermonum repetitio non solum per se fieri potuit, verum
etiam sanctitati et sapientiae Domini admodum conuenire videtur
(§. 24.).

(***) Et si etiam concederetur, non tamen sequeretur, Christum et apo-
stolos coenando adhuc occupatos suisse adeoque s. c. nondum distribu-
tam. Exod. XII. 10. (§. 15.).

s. XXX.

Verum interpretatio ista, qua in Iohanne s. c. pedilauio
praeponitur, non solum locum habere potest (§. 29.), verum
etiam, si ea, quae Lucas de ultima coena tradit, cum his contem-
damus, maxima gaudet probabilitate. In Luca enim inuenimus
item aliquam, inter discipulos de dignitate et praerogatiis ex-
ortam, a Domino vero, superbiam eorum castigando, magnos-
que, quos illi sibi sumebant spiritus reprimendo, diremtam. Iam
quum pedilauum, a Domino suscepimus, eodem spectet, maxime
sane probabile est, dissensionem istam apostolorum occasionem
dedisse extraordinarium hunc actum instituendi. Sic etiam haec,
quae Iohannes refert, cum iis in Luca optime cohaerent, cum
quibus etiam conueniunt Conf. Luc. XXII, 25. 26. 27. et
C 3 Ioh.

Immo hoc
admodum
probabile est.

DISSERTATIO THEOLOGICA

Ioh. XIII, 13. 14. 15. 16. Contra ea nulla fere probabilitate gauder, discipulos eodem vitio, a Domino notabili et solemnitate paullo ante reprehensio, se e vestigio iterum abripi possit esse; quod tamen, si pedilauium liti isti praeponatur, erit statuendum. Quod si vero pedilauium ad item istam, peracta iam s. coena, agitata respiciat, consequitur, vt, (nisi contra omnem aequitatem Lucam totam hanc historiam in verso ordine narrasse assumere velimus (§. 21.), illud post s. coenam factum, adeoque et sermo de proditore et exitus Iudee s. coenae sit postponendus (*). Praeterea etiam institutio s. coenae in Iohanne commode admodum v. 1. inseri potest, vbi Euangelista tenerimum Domini erga discipulos, et in hoc extremo vitae eius articulo valde insignem, praedicat, in ultima hac coena, institutione s. coenae praeципue manifestatum. Si etiam connexionem v. 1. cum 2. consideremus interullum aliquod ibi animaduertimus.

(*) Accedit et hoc, declarationem proditoris in Matthaeo factam esse inter coenandum, s. quum Christus et discipuli cibos sumerent Matth. XXVI, 21. 23. in Iohanne vero δεῖπνος γενομένος s. summis cibis. Hinc, nisi a confuta horum verborum recedere velimus significacione (§. 29.), ea quea Iohannes c. XIII, 21-26. refert, optimo iure post Matth. XXVI, 21-25. sunt colloquanda.

§. XXXI.

Quae quum ita sint tantum abest, vt Iudam ante s. coenam abiisse, ex Iohannis certo euinci possit testimonis (§. 29.), ut potius, illum celebrationi s. c. interfuisse, ex iis non sine magna colligatur probabilitate (§. 30.). Hinc ex nemine Euangelistarum, Iudam ultimam coenam ante s. c. distributionem dereliquisse vel villa ratione probari potest (§. 16.).

(**) Hinc patet, quam mirifice ab omni interpretandi recedant aequitatem, qui ob hunc locum Iohannis eidem factorum seriem in Luca interrumpere volunt (§. 28. **). Et hoc eo magis, si cogitemus Ioh. XIII. de ultima coena sermonem esse fatem ita indubium non esse, quam Luc. XXII.

Iud. s. c. certo
interfuit.

Nos ergo ex his, s. XXXII.
huc usque secundum aqua interpretabi

DE IVDA SACRAE COENAE CONVIVA. 23

tandi principia examinatis, Euangelistarum testimonii ita rationes subducimus: Omnes Euangelistae Iudam in ultima coena, in qua s. coena instituebatur, vna cum reliquis apostolis accusuisse affirmant (§. 15.), eum ante s. coenae distributionem discessisse, non solum nemo eorum vel illa ratione afferit, (§. 31.) sed contrarium etiam, Iudam nempe s. coenae interfusisse ex Matthaei, Marci et Iohannis (*) testimonis probabiliter satis colligitur (§. 16. 31.), ex Lucae vero assertis ita patet, vt, debita adhibita interpretandi aequitate, contrarium plane locum non habeat (§. 25.). Hinc ex Euangelistarum scriptis indubitum est, Iudam s. coenae interfusisse (§. 5.), hinc ea quoque vsum esse (§. 14.).

(*) Si Ioh. XIII. ad diem Mercurii resertur (§. 27.), ex eo de hac re nihil colligi potest.

§. XXXIII.

Omnia vero, quibus dissentientes Iudam s. coena caruerunt. Nullae rat. ad se probare volunt, quum eo redire soleant, vt Iudam ante s. coenam iam abiisse dicant (§. 14.), hoc vero ex Euangelista scripsit nulla ratione euinci posse (§. 16. 31.), consequitur, vt sententia eorum omnibus destituatur rationibus, iustos que plane careat fundamento (§. 3.).

§. XXXIV.

Ex his, quid de facti huius veritate statuendum sit, accurate Hinc factum poterit dijudicari. Quum enim ex Euangelistarum testimonii est certum, Iudam s. coena vsum esse, secundum iusta aequaque interpretandi principia, tam ex plane omissa oppositi mentione (§. 10.), quam ex ipsis Euangelistarum, qui s. c. referunt, assertis (§. 12.), cum magna colligatur probabilitate; ex indubia vero illius in s. coenae celebratione praesentia certo efficiatur (§. 32.), ea est huius facti ex his scriptis evidencia, quae semper iure assensum nostrum exigit (§. 5.), hinc ipsum certum erit dicendum (§. 4.).

§. XXXV.

Hanc evidenter huius facti historicam veritatem dissentientes nunquam plane denegare, multo minus tam vehementer.

ter

DISSERTATIO THEOLOGICA

ter possent impugnare, nisi praeiudicatis quibusdam impellerentur opinionibus. Persuasum enim sibi iam habere solent, s. coenam fidem regenitorum tantum obsignare, et confirmare, et irregenit, ea vtentibus, non solum nulla ratione proficiam esse posse, sed semper esse exitialē. Quamuis vero hic nostrum non sit, haec omnia examinare et extricare, (quum historiam huius facti veritatem, non totam de irgenitorum admissione ad s. coenam expondere voluimus doctrinam,) brevissime tamen ostendemus, dissentientes hac in re non recte procedere. 1) Enim consultius mihi agere videntur, qui ex sacris literis in sanctissimum ipsius Domini inquirunt exemplum, et ex eo, quid hac in re valde extraordinaria licitum sit colligunt, quam qui hoc sibi fingunt, et exinde contra euidens scriptorum s. testimonium actiones Domini temerarie determinare volunt. 2) Petitionem, vt vocant, committunt principii. De eo enim, quod illi supponunt, quaeritur, si, num Iudas a Domino ad s. coenam admissus sit? inuestigatur. Hinc illud (quemadmodum in prooemio iam exposuimus,) vt certum non possint prae-supponere (*). Ex ipso enim hoc facto ex s. litteris cognito contrarium efficitur. 3) Illi etiam id, quod assumunt, probare nequeunt, sed s. coenam non solum fidem confirmare, sed excitare etiam posse, ex aliis indubiis rationibus satis euinci potest; quemadmodum hoc solide comprobant s. R. PFAFFIVS in Inst. Theol. Art. de s. coena: eiusd. de orig. tur. eccl. pag. 256. sq. 247. eiusd. diff. de vitiis eorum, qui sacris operantur etc. sect. II. nec non Clar. R VESIVS in tract. de admissione irgenit. ad coenam Domini in primis P. II. c. III.

(*) Ex his praeiudiciis autem profluunt, hinc facile diuidicari possunt variae obiectiones e. g. 1) Christum ab sanctitate suam Iudam irregenitum non potuisse admittere, 2) Christum etiam Iudam irregenitum esse, certo perspexisse, 3) eum etiam Iudam iam publice pro proditore declarasse (quod tamen ne verum quidem est §. 14.), 4) bonitatem Domini id non permisisse, quia fructione s. coenae iudicium Iudee modo factum esset magis terrible, (quo d tamen etiam iusto plus probat, tunc enim Christus Iudam etiam non adhortari debuit,)

DE IVDA SACRAE COENAE CONVIVA. 25

buiisset,) et aliae huius generis, quae omnes id praesupponunt, quod adhuc in quaestione versatur.

§. XXXVI.

Quum ergo Iudam s. coena vsum esse ex testimoniiis Evangelistarum ita evidenter pateat, ut nulla iusta de eo dubitandi superfit ratio (§. 34.), restat, ut theologos nostros, non omnes irregenitos a s. coena excludendos esse, probaturos iure quoque ad hoc exemplum Domini prouocare posse (*), licet breuissimis, communostremus.

(*) Minime enim asserimus, ex hoc solo facto totam hanc doctrinam effici ac determinari debere. Adiunt et aliae, ex quibus haec cognoscitur rationes conf. §. 35. script. alleg.

§. XXXVII.

In factis verbisque diuinis, hinc et Christi in scriptura s. traditis, a veritate hermeneutica et historica ad veritatem dogmaticam concludere licet: Iam Iudam ad s. coenam admissum esse nimirum veritate hermeneutica et historica (§. 34.), adeoque hoc factum iustum atque legitimum erit dicendum.

§. XXXVIII.

Iudas ab aliis vitiis haud immunis Ioh. XII, 6., hoc vltimo tempore non solum omnium nequissimum proditionis factum reg. ad s. c. Ius peccatore agitabat, verum etiam de eo perficiendo iam partionem cum Iudeis fecerat. Matth. XXVI, 14. Luc. XXII, 3 - 6. hinc illum irregenitum fuisse est plane indubium (*). Dominus ergo irregenitum ad s. coenam admittendo legitime egit (§. 27.) (**).

(*) Incepta ergo est illa a nonnullis prolati exceptio, Iudam non fuisse consummatum peccatorem, scilicet quod conceperat, nondum perpetrasse. Vel enim 1) id ita intelligendum est; Iudam hoc tempore nondum irregenitum fuisse; et hoc plane absurdum esset; vel tantummodo indicare debet: Iudam nondum externe sceleratum et manifestum peccatorem fuisse; et tunc mutatur status controversiae. Nos enim ex hoc facto modo comprobare volumus, non omnes irregenitos a s. coena esse arcendos. Quid ad externe sceleratos et funefatos peccatores attinet, Id ex aliis diuideandum est principiis.

D

(**) Hoc

DISSERTATIO THEOLOGICA.

(*) Hoc factum si ipsam s. coenam consideres, eam nempe tam medium fidei confirmatiuum quam excitatiuum esse, utique illustratur.

§. XXXIX.

Christus exempl. nobis paciuit. Quum Christus eam, quam cum discipulis celebrabat s. coenam, saepius peragi iussit; expreſſe adiiciondo *relo nroſeſe* etc. Luc. XXII. 19. 1. Cor. XI. 24. 25., praeiuit nobis in prima institutione exemplum in hac re valde extraordinaria et grauiſſima ſimitandum. Si ergo Dominus in prima hac s. coenae celebratione ex ſuprema ſua in res omnes potestate quaedam permifſer, a quibus nobis, eam rite celebraturis, maxime et neceſſario effet cauendum, ſumma illius bonitas, maximusque erga homines amor requiuiſſent, vt hoc indicat, et quomodo s. coena ab aliis peragenda effet determinat. Quod quum non fatum (*), ſed ſimpliciter exſtet *relo nroſeſe* etc. iure concludimus ea, quae Dominus in prima hac institutione peregit, in celebrazione s. coenae non effe illicita.

(*) Non enim adiecit vos vero s. coenam celebraturi omnes excludite irregenitos. Neque id vilibi in s. litteris nobis iniungitur; 1. Cor. XI. 27. q. enim, vbi coniungit s. c. ad s. coenam rite peragendam admoneatur, non dicitur omnes irregenitos effe excludendos, verum contrarium ex eo potius colligi debet conf. Cl. RVR. traſt. §. 35. cit. P. II. c. II. Art. V.

(**) Corruit ergo exceptio nonnullorum, qua perhibent admissionem Iudei ad facia Chrifti *coſlogogmata* pertinere, et ex eo nihil colligi posse. Nam 1) hoc afferunt, fed non probatur 2) iuftae ſunt rationes, quae contrarium euincunt in §. expolitae.

§. XL.

Non O. irreg. a s. c. ſunt ex-ſtudendi. Hinc ex hoc facto iure concludimus, non omnes irregenitos a s. c. neceſſario debere arceri, neque quamcunque irregenitorum admissionem illegitimatam effe dicendam (§. 38. 39.). Officium ergo ministri ecclesiae non exigit, vt (quod in hominis viribus eriam ne poſitum quidem eſt) omnes irregenitos a s. coena excludat.

Neque O. irre- geniti cogniti- Christus Iudam irregenitum immo impium effe certissime perſpi-

§. XLI.

DE IVDA SACRAE COENAE CONVIVĀ. 27

perspiciebat, idque adhortationibus satis declarabat, neque eum tamen a s. coena exclusit (§. 37.) hinc neque a ministris ecclesiae, quibus sacrorum tradita est cura, omnes, iregeniti cogniti, sunt reileendi. (§. 39.) (*). Iure potius hic a maiori concluditur ad minus: Si ipse dominus, quem iregenitum esse certissime cognoscebat (**) a f. coena non exclusit, multo minus ministrorum ecclesiae erit, omnes, quos iregenitos esse suspicantur, vel etiam satis perspicuerint, a s. coena arcere, quam saepissime hac in re errare possint.

(*) Non dicimus nulli, qui iregeniti esse cognoscuntur, sunt excludendi. Quinam enim per leges ecclesiasticas iure a s. coena arceri debent, aliunde effici atque diiudicari debet.

(**) Excipiunt hic nonnulli, cognitionem istam proditoris in Domino non respectum ministerialem habuisse etc. verum forte ipsi, quid dicant, nesciunt. 1) Enim quomodo quaevo hoc assertum probabant?

2) Nonne Christus qua *Θεοῦ θεός* servator et mediator s. coenam instituit? qua ratione ergo talis locum habere posset dilinetio? sufficit, Christum Iudam iregenitum esse, certo cognovisse.

§. XLII.

Grauissimum sibi contrahunt reatum, qui s. coena indigne s. c. convivuntur Conf. 1. Cor. XI, 26. 27. sq. Ipse quoque Dominus bene sunt ad Iudam, quem per plures annos iam instruxerat, ante s. coenam mon. distributionem vehementer adhortabatur, grauissimas ei declarabat poenas diuinas, omnique ratione eum a scelere deterrere tentabat, (Ioh. XIII, 21. sq. Matth. XXVI, 21-25.) Paulus etiam 1. Cor. XI, 26. sq. coniuias s. coenae sollicite admonebat. Hinc in eo quoque ministri ecclesiae iure optimi huius praceptoris pretere debent vestigia. In docendo, admonendo, adhortationibusque et precibus coniuias s. coenae commouendo et præparando omnem curam et diligentiam debent adhibere (*) Et in eo veri ecclesiae doctoris officium consistit, non in anxia omnium iregenitorum exclusione (§. 41. 39.).

(*) Hinc suadendo et admonendo possunt interdum nonnullos a s. coena arcere, vt eos melius præparare queant. Conf. S. V. Praefid. theol. Moral. §. 204. Patet etiam, confessionem priuatam non solum ritum esse haud illegitimum, sed, si recte eo utramur, valde utilissimum.

D 2

§. XLIII.



28 DISSERTATIO THEOLOGICA DE IVDA &c.

§. XLIII.

S. c. ob irreg.
commun. non
est deferenda.

Ea, quam Dominus discipulis distribuebat, erat vera sacra coena, ut medium gratiae apostolis exhibita. Iam inter conuias erat irregenitus (§. 38.), hinc est manetque s. coena verum sacramentum, et digni eius conuiuae exoptatos ex ea percipere poslunt fructus, licet irregeniti quidam ea una vntantur. Non ergo s. coena est deferenda ideo, quia et irregeniti accedunt, et maximum errant errorem, qui eam, admissis irregenitis, in scenam ludicram abire perhibent (*).

(*) Ipsi enim seruatori (quod et cogitare nefas esset) gracie imputandum foret crimen.

§. XLIV.

Hinc fact. hoc
insigni sola-
tiae cedit.

Hinc tam ecclesiae ministri, officio suo rite fundunti (§. 41. 42.), quam etiam alii scrupulis afflitti (§. 43.), optimum ex hoc sanctissimo seruatoris exemplo haurire poslunt solatium. Et hoc est, nobis sumsumus evitendum. Possent quidem haec omnia vberius exponi confirmarique, si limites dissertationis id permittebant. Pedem ergo hic figimus tuam, o Domine, qui docendo agendoque te optimum semper praefueristi praeceptorem, deuota ac grata mente admirantes sapientiam, et in hoc, quod nobis praeiusti, exemplo valde insignem. O vitam omnes, qui tuum profitentur nomen, et in primis quibus sacrorum commissa est cura, tuas rite obseruant doctrinas, tueque studiose premerent vestigia.

Corrigenda.

§. 7. not. margin. *lege* 1.) Argum. generale. §. 8. not. margin. *lege* 1.) Prob. conseq. §. 20. lin. 4. *leg.* contextenda. §. 23. lin. 7. *lege* serie pro specie.



Ib 2639

(x2258286)

ULB Halle
004 733 86X

3







DISSESSATIO THEOLOGICA
DE
**IVDA SACRAE COENAE
CONVIVA**

QVAM
PRAESIDE
VIRO SVMME REVERENDO EXCELLENTISSIMO
ATQUE DOCTISSIMO
SIGISM. IACOBO BAVMGARTEN

S. S. THEOL. DOCT. ET. PROFESS. PVBL. ORDIN. NEC NON SEMINARI^M
THEOLOG. DIRECTORE

PATRONO AC PRAECEPTORE AETERNV^M
DEVENERANDO

D. SEPT. A. C. MDCCXXXIV.

H. L. Q. C.

PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI SUBIECIT

HORA LOCOQUE CONSVETO

AVCTOR

IOANNES HENRICVS GERLING

IVENA-POMER. S. S. THEOL. CVLT.

HALAE MAGDEBURGICAE
TYPIS IOANNIS CHRISTIANI HILLIGERI, ACAD. TYPogr.